





1782.

\*

1. Ackermann : Programma, quo ordinarius senior ceterique assessores fac. jur. memoriam Ackermannianam . . . indicunt.

\*

2. Bornius : Collationum juris Criminalis IX.  
Programma, quo ordinarius senior ceterique assessores fac. jur. memoriam Bornianam indicunt.

3. \* Gerhardus, Christianus Daniel : Programma, quo ordinarius senior ceterique assessores fac. jur. sollemnia doctoralia Christiano Danieli Gerardo . . . collata indicunt.

4. \* Knistnerus, Ernestus Gustavus : Tractatus de actione Pauliana continuatio. Programma, quo ordinarius senior ceterique assessores fac. jur. sollemnia doctoralia Ernesti Gustavi Knistneri indicunt.

5. \* Loeben Guelfus Christianus Albertus : Collationum juris Criminalis V. Programma, quo ordinarius senior ceterique assessores fac. jur. sollemnia doctoralia . . . Guelfi Christiani Alberti de Loeben indicunt.

1782.

6. <sup>\*</sup>Schoenburg, Hurius Ernestus, S.R.T. Comes a: Carol.  
Carium juris Criminialis VIII. Programma, quo ordi-  
nariis senior eademque doctores fac. jur. sollem-  
nia doctoralia Hurici Ernesti S.R.T. Comitis Gy-  
nastae a Schoenburg indicunt. 11
7. Assmann, Christianus Godefridus: De eruditione metal-  
licorum universa. 12
8. Bauer, Hurium Godefridus, fac. jur. procancelarius:  
De actione Pauliana. Programma, quo sollemnia  
doctoralia Hurici Ferdinandi Hustelii indicunt. 13
9. Brinerus, Christianus Godefridus: De finibus juris prudentiae  
lineae naturalis circa fenda regundis. 14
10. Brinerus, Christianus Godefridus: De successione fen-  
dorum non secundum jus representationis sed  
linearum praerogativam ordinanda. 15

1782.

11. Bismerus, Antonianus Gollab: De supremo Annunciano  
et Summorum magist.
12. Chladenius, Emanuel Florens Faldorsens: De characteribus  
ecclesiasticis principum.
13. Erhard, Christianus Vanil: De vicariatu Saxoniae.  
lib II
14. Erhard, Christianus Vanil: De prudentia in legibus  
condendis at hactenda.
15. Hebenstreit, Martinus Michael: Meditationes  
nonnullae ad jus publicum.
16. Huebel, Mauritius Ludovicus: De optione uxoris  
ejusque haereditas in bonis mariti defuncti,  
praesertim ex jure Saxoniae, competente.
17. Huebel, Martinus Ferdinandus: Num ob renovatio-  
nem simultaneam inventitur a prioriore simul-  
tanea inventio omnia, consolidatio fendi tempo-  
raria, existente successione carn, locum debeat?

1782.

18. Fungius, Jo. Hieronimus: *Historia juris civis  
de divortiorum causis et poenis et legibus  
utriusque collis et novellis illustrata.*
19. Keetius, Jacobus Hieronimus: *Observationum juris  
Criminalis specimen I.*
20. Kriegerus, Ernestus Guilielmus: *De antiquissimis  
mercaturae judiciis*
- 20<sup>b</sup> \* Kriegerus, Ernestus Guilielmus: *Diploma, quo col  
legium jurisconsultorum Lipsiense . . . Ernesto Krieger  
no Kriegero utriusque juris doctoris . . . hono  
ris antebat.*
21. Prothe, Hieronimus: *Prima et secunda unum forensium  
specimen.*
22. Puchtenauer, Jo. Lud. Don: *fac. jur. proconciliarius:  
Programm, quo sollemnia inauguralia Mauritii Jo  
hannis Hubelii . . . indicit.*

1782.

23. Puetmann, Jos. Lud. Em: Hypothesis in juri Criminali-  
nalis.
24. Schott, Augustus Fredericus: De iudicio super  
successione in majoratu saepe arduo. Program-  
ma, quo orationem auspicalem indicit.
25. Schott, Augustus Fredericus: Observationes ad Ce-  
rum Saxonicam Doctoralem de causatione ministerium  
processum. Spec. I. Programma, quo sollemnis Doctoralis  
Instituti Florentis Frederici Chlodovici indicit.
26. Strickmann, Aug. Conrad: De Cerere legifera. Program-  
ma, quo et orationem auspicalem indicit.
27. Stockmanns, Frid. Traugott: De legibus Romanorum  
Agricultibus.
28. Strickmanns, Augustus Conradus: De literarum obli-  
gatione.
29. Winkler, Conradus Godefridus, de fac. jur. promunciarum:  
Corollarium juris Criminalis V. Programma, quo sollemnia  
inauguralia Frederici Prænc indicit.

1782.

30. Winckler, Conradus Godspers, de: Observationes quaedam  
ad § 1. Legis Saxonicæ Electoralis novissimæ de  
Citazione Electali in causis civilibus.
31. Zollerus, Fris. Gualter: De hereditatione in modico  
A feudis bona mente facta.
32. Zollerus, Fris. Gualter: Anae dan desuccessione.



Jan



1782  
30. Oktober  
31. Januar  
1. Februar







29

1782, 12

DE  
CHARACTERE ECCLESIASTICO  
P R I N C I P V M

DISSERTATIO

QVAM

ILLVSTRIS I. CTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE

HONORIBVS

CAPESSENDIS

D. XX. IVNII MDCCCLXXXII

PVBlice DEPENDET

ERNESTVS FLORENS FRIDERICVS  
CHLADENIVS

VITEMBERGENSIS

A. M. ET I. V. B.

LIPSI AE

EX OFFICINA IACOBAEORVM.



P. 359



CHARACTERES HEBRAEICI  
PRINCEPS

LIBER I

1666

INSTITUTIONES  
PRINCEPS  
CHARACTERES HEBRAEICI  
PRINCEPS

INSTITUTIONES  
PRINCEPS  
CHARACTERES HEBRAEICI  
PRINCEPS





DE  
CHARACTERE ECCLESIASTICO  
PRINCIPVM

---

I


*Ex antiquitate illustratur argumentum.*

**P**risca iam temporibus dignitatem aliquam sacerdotalem regibus esse attributam, rerum gestarum monumenta demonstrant. Antiquissimum eius rei exemplum apud MOSEN. \*) MELCHISEDECVS, rex Sa-

A 2

lemi,

\*) Genes. XIV. 18.



lemi, est, qui לא עליון לא היה fuisset. dicitur, et Abrahamo bene precatus. Sic VIRGILIO teste rex Deli ANIVS rex idem hominum, Phoebique sacerdos, b) HELENVS vero, rex Epiri, non modo sacerdos fuit, verum etiam oracula fudit, c) sic LIVIVS, d) alique rerum Romanarum scriptores tradunt, regem NVMAM quaedam sacerdotia, ea maxime, quae postea ad Dialem Flaminem fuerint delata, obis se, et eiectis regibus regem sacrificulum creatum esse, qui regia sacrificia curaret. Imperatoribus Romanis inde a prima imperii origine pontificis maximi munus et stola pontificalis a pontificum collegio solemniter ritu solebat offerri, quod etiam gentili superstitione relicta obtinuit vsque ad Gratianum, qui referente ZOSIMO e) stolam a pontificibus

b) VIRGILIUS *Aen. lib. III.* v. 80.

c) VIRGILIUS *Aen. lib. III.* v. 369. *sqq.*

d) LIVIVS *lib. I. et II. PLVTARCHVS in Num. Opp. tom. I.* vbi dicitur: Νεμῶ δὲ καὶ τὴν τῶν ἀρχιερέων, ὡς ποντίφικας καλεῖται, διάταξιν καὶ κατὰ τὴν ἀποδοῦσαι, καὶ φασὶν αὐτὸν ἕνα τῶν τῶν πρώτων γεγονέναι.

e) ZOSIMVS *in Histor. lib. IV. cap. XXXVI.* cuius integrum locum huc pertinentem afferre operae pretium existimo. Ita enim differit:

Ρωμαῖοι τὴν πρώτην τὴν παρ' αὐτοῖς ἱερατικὴν ἔχοντας τάξιν, ποντίφικας προσεγγέθεντο. διὸ συναριθμοῦνται τὴν βασιλείαν, διὰ τὸ τ' ἕξιας ὑπερέχον, ἐνομοθέτησαν. καὶ ἔτυχε τῶν Νεμῶν Πρωπίλιος πρῶτος, καὶ πάντες ἕξῃς, οἱ τε λεγόμενοι Ρήγες, καὶ μετ' ἐκείνους Οκταβιανὸς τε αὐτὸς, καὶ οἱ μετ' ἐκείνου τὴν Ρωμαίων διαδεξάμενοι μοραρχίαν. ἅμα γὰρ τῷ παραλαβεῖν ἐκαστὸν τὴν τῶν ἄλλων ἀρχὴν, ἢ ἱερατικὴν τολὴ παρὰ τῶν ποντίφικων αὐτῷ προσεφέρετο καὶ παραχρηστικῶς ποντίφικῆς μᾶξιμος ἀνεγράφετο, ὅπερ ἐστὶν ἀρχιερεὺς μεγιστος. οἱ μὲν ἄλλοι πάντες αὐτοκράτορες ἀκινετώτα φάνονται δεξάμενοι



cibus more consueto ipsi oblatam recusavit, indignum Christiano vestitum ratus, cui tamen AVSONIVS, f) variæque inscriptiones titulum pontificis maximi tribuunt. Quàmvis vero sequenti tempore neminem imperatorum solemniter modo in numerum pontificum receptum, nec vltimum, præter Anastasium et Iustinum, titulo pontificis vsum inuenimus, certum tamen est, eos caput ecclesiae fuisse vsque ad ea tempora, quibus dominatio pontificia imperium inuasisset. Quin ea, quæ iam asseruimus, ipsa iuris Canonici doctrina his verbis confirmat: g) *Anrea qui reges erant, etiam pontifices erant. Nam maiorum hæc erat consuetudo, vt rex esset sacerdos et pontifex. Vnde et Romani Imperatores pontifices dicebantur.*

A 3

II. Nostro

δεξιμένοι τὴν τιμὴν, καὶ τῇ ἐπιγραφῇ  
 χρῆσάμενοι ταύτῃ ἐπειδὴ εἰς Κωνσταντι-  
 νον ἦλθεν ἡ βασιλεία, καὶ ταῦτα, τῆς  
 δεξιᾶς διὰ τῆς περὶ τα θεῖα τελεαίς, καὶ  
 τὴν χριστιανῶν ἐλόμενος πίσιν. καὶ μετ'  
 ἐκείνων ἐξῆς ἐἴ ἄλλοι, καὶ Ουαλεντινιανὸς  
 τε καὶ Ουάλης. τῶν δὲ ποντιφικῶν κατὰ  
 το σῶνδες, προσκαγγόντων Γρατιανῶ  
 τὴν σολὴν, ἀπεπεισάτο τὴν αἴτησιν, ἀδέ-

μιτον εἶναι χριστιανῶ τὸ ὄχημα νομισσας.  
 Conf. GOLDASTI *epistolam de-  
 dicatorem tom. III. constitutionum  
 imperialium.*

f) AVSONIVS in *Gratiarum  
 actione.*

g) Verba sunt ISIDORI in *can.  
 10. dist. XX.*

*Nostro tempore varii principes sunt personae ecclesiasticae.*

Neque vero opus esse existimo, antiqui temporis memoriam ulterius repetere, cum recentiori aevo characterem ecclesiasticum variis in regibus animaduertamus, quem paulo vberius exponere, et quibusdam Europae principum exemplis illustrare huius descriptionis erit consilium. Nominis personarum ecclesiasticarum non modo clerici, sed alii etiam, quibus officium ad cultum Dei, ecclesiaeque commodum spectans est collatum, solent comprehendi, <sup>a)</sup> quo pertinent canonici, qui quanquam non omnes sint clerici, personis tamen ecclesiasticis annumerantur. Rescripsit quidem *EVGENIVS* Pontifex anno 655, <sup>b)</sup> laicos non debere in canonicorum numero computari, quam prohibitionem sequentibus seculis varia confirmarunt concilia. Nihilo tamen minus exempla inde a seculo IX. et X. passim occurrentia, quorum aliqua deinceps afferre iuuabit, intuitibus apparet, pontifices atque canonicorum capitula honorificum sibi duxisse, si summi principes et optimates laici locum canonici tenere, et in veste canonicorum vel ipsi, vel per vicarium horis vellent interesse, quamuis ea requisita,

a) *Georg. Lud. BOEHMER in* distinguuntur clerici et personae ecclesiasticae.  
*Princ. Iur. Can. lib. I. tit. I. §. 79.*  
*In cap. XII. de electione in 6. etiam* b) *Cap. 2. X. de instr.*

requisita, quae leges et statuta capitulorum canonicis solent praescribere, ut vitam coelibem, et alia, ab ipsis nunquam exegerint. Cum saepenumero etiam ob insignia in ecclesiam merita principibus praebendae fuerint concessae, nemini erit mirum, Augustissimis Imperatoribus nostris, ut summis ecclesiae patronis et defensoribus varios in Germania, Italiaque Canonatus esse tributos, et ab ipsis benevole et gratiose acceptos. c)

## III.

*De Canonicatu Imperatorum Aquisgranensi.*

Prima huius consuetudinis vestigia inde a CAROLO MAGNO repetenda videntur, quem disciplinam ecclesiae assidue curasse, magnisque beneficiis ecclesiam esse profecutum liquet. Opinioni meae fauet auctor vitae Caroli Magni EGINHARDVS, a) his verbis: *Legendi atque psallendi disciplinam diligentissime emendauit. Erat enim vtriusque admodum eruditus, quanquam ipse nec publice legeret, nec, nisi summissim et in commune cantaret. Quocum conuenit SANGALLENSIS MONACHVS, b) qui officina diuina ab*  
co

c) Conf. BVDERI *Historiam Canonicis laicis post annum Christi 1000. monicatum Imperatorum regumque Germaniae, s. Praebendae regiae. Ien. 1738. 4. et THOMASSINVM de veteris et nouae ecclesiae disciplina part. 1. lib. III. cap. LXIV. de ca-*

a) EGINHARDVS in *vita Caroli M.*

b) MONACHVS DE S. GALLO lib. I. de *ecclesiastica cura Caroli M. cap. VII. in DUCHESNE Scriptis.*



eo regi solita refert, ipsumque signo quodam oris, manus, sceptri designasse, qui lectiones recitarent. Eundem imperatorem, si fides habenda CECCANO chronici Fossae novae auctori, Pontifex Stephanus anno 752. fecit clericum, et misit eum ad Casinense Monasterium fieri monachum, cui etiam monasterio dona plurima cum privilegio sedis apostolicae contulit <sup>c)</sup> Primum ipsum fuisse canonicum Aquisgranensem, BLONDELLVS <sup>d)</sup> tradit, quamquam optandum sit, vt aliquo scriptore adducto maiorem sententiae suae conciliaffet auctoritatem. Liceat mihi repetere, quae de Carolo M habet: *Hierbey ist zu merken, das, wenn Kayser Carolus M. sich zu Aach aufgehalten, mit den Geistlichen zu Chor gangen; nach den Priesteren unter den Diaconen seinen Platz oder Stallum genommen, und die Psalmen gesungen, auch eifferigst und löblich verordnet habe, dass die Ihme im Reich nachfolgende Römische König sich in die Zahl der Canonichen einschreiben lassen, den gewöhnlichen Eyd dieser Kirchen ablegen, und die Iura, wie die Praelaten, ablegen sollen.* OTTONEM III. primum fuisse imperatorem, qui canonicatum Aquisgranensem assumerit, SPENERVS <sup>e)</sup> existimat.

*scriptt. rer. Franc. tom. II. pag. 110.* 752. in VGHELLI *Italia sacra conf. THOMASSINVM de veteris et nouae ecclesiae disciplina. part. I. lib. 2. cap. 80.* tom. X. in *Anecdosis* pag. 7. d) BLONDELLVS *de thermis Aquensibus* pag. 4.

<sup>c)</sup> Verba sunt Chronici Fossae novae CECCANO auctore ad ann. *lib. IV. cap. III. §. 10. not. d.* <sup>e)</sup> SPENERVS *in iure publico*

existimat. Eosdem ritus in deferendo hoc canonicatu semper esse adhibitos, omnes, quae supersunt, de coronationibus imperatorum relationes <sup>f)</sup> ostendunt. Equidem non a scopo alienum esse puto, verba nouissimi diarii coronationis FRANCISCI I. <sup>g)</sup> ritus in conferendo hoc canonicatu obseruari solitos, vberius describentia afferre: *Darnach erschienen vor Ihro Kayserl. Majestät der Dechant und Sängler des Königlichen Stifts zu Aachen, und zeigte Allerhöchstderselben allerunterthänigst an, wie ein jeder angehende Römische König gleich nach der Krönung zu ihrem Mitcanonico aufgenommen zu werden, und dem uralten Herkommen nach das dabey gewöhnliche Iurament zu leisten pflege, mit der allerunterthänigsten Bitte, das Ihro Kayserliche Majestät sich solchen uralten Gebrauch gleichfalls gefallen zu lassen, auch die Kirche zu Aachen in allerhöchsten Schutz zu nehmen und bey ihrer alten Gerechtigkeith zu erhalten allergnädigst geruhen möchren. Ihro Kayserliche Majestät willigien sogleich dar- ein, und legten solchen Eid auf dem von Aachen mitgebrachten Evangelienbuch mit folgenden Worten ab: Nos Franciscus diuina fauente clementia Romanorum Rex, ecclesiae Beatae Mariae*

f) *Auctor coronationis Maximil. I. apud Marquardum FREHERVM tom. III. ser. rer. Germ. pag. 33.*  
 g) *Diarium coronationis Francisci I. pag. 116. Eosdem ritus refert Perill. MOSERVS in teutschen Staatsrecht rom. II. lib. II. cap. 9. §. 54.*



*Mariae Aquisgranensis Canonicus, promittimus, et ad haec sancta Dei euangelia iuramus eidem ecclesiae fidelitatem, et quod ipsam, iura, bona et personas eiusdem ab iniuriis et violentiis defensabimus, et faciemus defensari: eiusque priuilegia omnia ac singula, et consuetudines ratificamus, approbamus, et de nouo confirmamus. Diesemnach lieffen Ibro Kayserliche Majestät wegen desjenigen, was dem Stift zu Aachen bey der Kayserlichen Krönung gebühren mag, demselben ein Geschenk abfolgen. Die Gerechtigkeiten desselben aber bestehen in folgenden Stücken:*

*Pannus cum puluinariis, super quo Rex ecclesiam Aquisgranensem ingressus primum suas Deo preculas fudit.*

*Item pannus stratus super scammum, in quo ante coronationem suam orare consuevit.*

*Item duo tapetes aurei, vnus stratus super sedem ante altare B. Mariae Virginis, alter, quo solium regale in alto monasterio ornatur.*

*Soluuntur item pro iuribus ecclesiae more Praelatorum sex florenorum aurei.*

*Item tres carratae viri optimi, quarum duae Ecclesiae diuae Virginis, tertio Collegio diui Adalberti cedere consueuerunt.*

*Imperatorum Canonicatus, praeter Aquisgranensem.*

Neque vero solum Aquisgrani, sed in aliis etiam Germaniae, Italiaeque ecclesiis Imperatoribus olim placuit, locum canonici tenere, et sicut etiam Aquisgrani, vicarios sibi adsciscere, qui ipsorum nomine officia Canonici peragerent, et integram acciperent praebendam, quae interdum PRAEBENDA REGIA, (*Königs-Pfründe*,) ipsi vero vicarii CHOR-KOENIGE vocabantur. Solum vero capitulum Aquisgranense usque ad nostra tempora servavit morem imperatoribus canonicatum conferendi, cum in aliis capitulis vel ex incuria, vel data opera abierit ea res in defuetudinem. In COLONIAE Agrippinae Metropolitana imperatoribus recens electis canonicatus solebat deferri usque ad Maximilianum I. <sup>a)</sup> quem a Coloniae Canonicis receptum esse in canonicum secundum consuetudinem ecclesiae suae, MATENESIVS, <sup>b)</sup> aliique scribunt. Extat quoque formula iuramenti, <sup>c)</sup> quo Fridericus Austriacus, cum

B 2

a qui-

<sup>a)</sup> MOSER *vom Römischen Kayser, RVM in ser. ver. Germ. tom. III. ser. Röm. Könige und Reichsvicarien pag. 33. et 35. cap. V. §. 16.*

<sup>b)</sup> MATENESIVS *de coron. Ferdin. II. pag. 35. Auctor de coronat. Maximil. I. apud FREHE-*

<sup>c)</sup> MIRAEI *Opp. diplom. ed. FOPPENS part. II. cap. CXXII. pag. 1015.*

a quibusdam Electoribus in regem Romanorum electus, ab archiepiscopo Coloniensi coronaretur, se ipsum appellat canonicum ecclesiae Coloniensis. BAMBERGENSEM Canonicatum imperatoribus esse conferendum ex instituto Henrici II. sancti, FREHERVS, <sup>d)</sup> ipsumque imperatorem Bambergae Canonicum fuisse, MVTIVS <sup>e)</sup> affirmat. LEODIENSIS templi primarii S. Lamberto sacri collegae Henricum V. imperatorem Leodium venientem, decenter et honorifice ecclesiae occursum in conuentu fratrum fratrem adsciuisse, historia ecclesiae Leodiensis <sup>f)</sup> tenetur. In ecclesia quoque B. Gertrudis NIVELLIS, quam urbem non in dioecesi Leodiensi, vt quidam existimauerunt, <sup>g)</sup> sed in Brabantia Austriaca sitam esse, ex libris, chartisque geographicis apparet, imperatores olim gessere canonicatum, quem Rupertus anno 1401. Ioanni Noet, Decretalium Doctori, concessit. <sup>h)</sup> Apud MIRAEVM <sup>i)</sup> euoluere

d) FREHERVS *ad libr. II. Perill. MOSE-PENS tom. II. lib. II. cap. 33. §. 6* Nivellas in dioecesi Leodiensi sitas existimat, et in libro *vom Römischen Kayser, Röm. Könige, und Reichsuarvariencap. V. §. 16* sibi contradicit, et Nivellas non in dioecesi Leodiensi, sed in Brabantia Austriaca sitas asserit.

e) MVTIVS *in Chron. lib. XIV.*

f) *Historia ecclesiae Leodiensis lib. LXI ann. 1192. pag. 423.* ANTONIVS MATTHAEI *de nobilitate lib. II. cap. XLVIII. pag. 744.*

g) Vt BVDERVS *in historia Canonicatum imperatorum s. Praebendae regiae §. 16.* Perill. MOSE-

*rechts tom. III. lib. II. cap. 33. §. 6* Nivellas in dioecesi Leodiensi sitas existimat, et in libro *vom Römischen Kayser, Röm. Könige, und Reichsuarvariencap. V. §. 16* sibi contradicit, et Nivellas non in dioecesi Leodiensi, sed in Brabantia Austriaca sitas asserit.

h) MOSER *im teutschen Staatsrecht, tom. III. lib. II. cap. 33. §. 5.*

i) MIRABI *opp. diplom. et. FOR-PENS tom. II. pag. 519. et 533.*



evoluere licet diploma Rudolphi II. quo se canonicum ecclesiae collegiatae B. Gertrudis Niuellis esse declarat, sibi-  
que Paulum a Winde anno 1584. Capellanum substituit,  
quam procuratorem et administratorem suum vocat. ARGENTORATI Henricum II. KOENIGSHOFIVS, <sup>k)</sup> ibidemque Fridericum III. <sup>l)</sup> et CONSTANTIAE Sigismundum <sup>m)</sup> fuisse canonicos, MUTIVS memoriae prodidit. In TRAIECTENSI ecclesia B. Martino sacra imperatores a prima eius fundatione usque ad Henricum VI. primum inter canonicos locum obtinuisse, eorumque praebendam duobus sacerdotibus, qui istud officium administrarent, et pro imperatorum, imperiique salute Dominum exorarent, fuisse assignatam, ex diplomatibus Conradi III. <sup>n)</sup> et Henrici VI. <sup>o)</sup> manifestum est. Neque solum in Germania, sed ROMAE etiam varii imperatores in numerum canonicorum sunt recepti. Sic Henricum VII. <sup>p)</sup> in ecclesia s. PETRI, Fridericum III. <sup>q)</sup> vero, et Carolum V. <sup>r)</sup> et in

B 3

hac

k) KOENIGSHOFIVS in p) RAINALDVS in *Annal. Eccl. Chronico Argentoratensi part. III. ann. 1311. num. 12.*  
cap. II. §. CLXII.

l) MUTII *Chron. lib. XXIX.*

m) MUTII *Chron. lib. XXVII.*

n) MIRAEI *donat. Belg. ed. de duplici coronatione Caroli V. cap. FOPPENS cap. XLVI. pag. 532.*

o) ANTONIVS MATTHAEI *de nobilitate lib. II. cap. XLVIII. pag. 745.*

q) AENEAS SYLVIVS in *historia Friderici III. pag. 80. et 81.*

r) CORNELIVS AGRIPPA *de duplici coronatione Caroli V. cap. V. in SCHARDII script. bist. Germ. pag. 1226. et 1268* RAINALDVS in *Annal. Eccl. tom. XX. n. 45. pag. 572.*



hac et in LATERANENSI ecclesia inter canonicos fuisse  
relatos, diuersi tradunt scriptores. Qui vero mos simul  
cum expeditione et coronatione Romana inde a Caroli V.  
temporibus obsoleuit. s)

## V.

*Munus diaconi imperatoribus olim tributum.*

Inueniuntur passim exempla, quae aliquos imperato-  
res non canonici solum, sed diaconi vel subdiaconi etiam  
officio functos esse comprobent. Henricum VII. cum Ro-  
mae coronaretur, a Pontifice ad altare esse admissum, tan-  
quam diaconum, et sacra facienti Pontifici calicem et vr-  
ceolum obtulisse, vices subdiaconi agentem, RAINAL-  
DVS a) reliquit. Varii praeterea imperatores veste impe-  
ratoria vel diaconali induti in matutinis precibus, quae  
fiunt in nocte natalis Domini, septimam lectionem euan-  
gelii

s) Plura de canonicatibus impera-  
torum legere cupientibus euoluendi  
sunt MOSER vom Röm. Kayser,  
Röm. König und Reichsvicarien, cap.  
V. §. 16. MOSER im teutschen  
Staatsrecht rom. III. lib. II. cap. 33.  
SPENERVS in iure publico lib.  
IV. cap. III. §. 10. not. d. PFEF-  
FINGERVS in Vietriario illustrato  
lib. I. tit. IV. §. 19. LIMNAEVS

ad art. XXX. Capit. Caroli V. voce:  
Empfahen §. 17. BVDERS in  
historia canonicatum imperatorum,  
si praebendae regiae. ANTONI-  
VS MATTHAEI de nobilitate  
lib. II. cap. XLVIII. et alii ab his  
allegati auctores.

a) RAINALDVS in Annal.  
Eccl. ad ann. 1311. n. 12. 13.

geli secundum Lucam, cuius initium est: *Exiit edictum a Caesare Augusto*, publice legerunt vel cantarunt. Carolum IV. huic muneri se subtraxisse in comitiis Metensibus anno 1356. BENESSIVS a WEITMILE a BVDERO <sup>b)</sup> laudatus, idemque fecisse Basileae, ALBERTVS ARGENTINENSIS, <sup>c)</sup> Sigismundum Constantiae, 1414. MVTIVS, <sup>d)</sup> SPONDANVS, <sup>e)</sup> aliique, Fridericum III. Romae 1468. PICCOLOMINEVS, <sup>f)</sup> RAINALDVS, <sup>g)</sup> variique praeterea scriptores, quorum loca huc pertinentia videre est apud BVDERVM, <sup>h)</sup> memoriae prodiderunt. Carolum IV. cum moris ipsi fuisset, in habitu et insignibus imperatoriis ad nocturna officia natalis Christi primam lectionem recitare, etiam ad S. Quintinum in Gallia voluisse natalé Christi eodem ritu agere, sed a rege Galliae eam veniam non potuisse impetrare, SPONDANVS <sup>i)</sup> auctor est. SIGONIVS <sup>k)</sup> quoque commemorat, nullo tamen adducto exemplo, in more

b) BVDERVS *de imperatore diacono in opusc. obs. II. pag. 39. Italiam, in FREHERI ser. rer. Germ. tom. II.*

c) ALBERTVS ARGENTINENSIS *in Chron. pag. 143. g) RAINALDVS Annal. tom. XIX. n. 42. pag. 199.*

d) MVTIVS *in Chron. Germ. lib. 27. in PISTORII scriptt. rer. Germ. tom. II. pag. 273. h) BVDERVS de imperatore diacono.*

e) SPONDANVS *Apamiensis Episcopus ad ann. 1414. n. 10. i) SPONDANVS ad ann. 1377. no. 15.*

f) IAC. PICCOLOMINEVS *de professione votiva Friderici III. in lib. VII. k) SIGONIVS de regno Italiae*



more positum fuisse, vt imperator Longobardicam accepturus coronam in vestibus subdiaconorum archiepiscopo Mediolanensi ministraret. Nec mirum est, similitudinem vestium imperatoriarum cum diaconalibus varios scriptores eo adduxisse, vt imperatori munus diaconi tribuerent, cum imperator coronandus praeter alia insignia etiam dalmatica, alba et stola vestiatur in modum diaconi. l) IOANNES PETRVS de LVDEWIG m) latius disputat de eo, vtrum imperialis stola sit ornatus sacerdotalis, an supremi pontificatus, quo imperatores olim gauisi sint, reliquiae in ea supersint. Afferit rationes in vtramque partem, ac tandem pronuntiat, verosimile esse, Caesares sacra insignia, quae ipsis probarentur, imperialibus addidisse suo arbitratu. THOMASSINO n) vero longe probabilius videtur, plurimas diaconorum vel subdiaconorum vestes imperatorum olim fuisse proprias, et ab his cum sacerdotio communicatas.

#### IV. Regum

- l) MOSER *vom Röm. Kayser etc.* opusc. I. von den Nürnbergischen Insig-  
 pag. 327. LIMNAEVS *ad art.* signien.  
 XXX. Capir. *Caroli V. voce: Em-*  
*pfaben §. 10.* MVLZIVS *in ma-* m) IO. PETR. de LVDEWIG  
*iest. imperat. suo iuri asserta part. II.* *in Opusc. Miscell. tom. II. opusc. I.*  
 cap. XXV. pag. 766. *Imaginem im-* *pag. 101. sqq.*  
*peratoris vestibus imperatoriis ornat-*  
 videre licet in IO. PETRI de LV- n) THOMAS'SINVS *de vete-*  
 DEWIG *Opusc. Miscell. tom. II.* *ris et nouae ecclesiae disciplina part.*  
 I. lib. III. cap. LXIV.

## VI.

*Regum Galliae et Hispaniae canonicatus, et Monarchia Siciliae.*

Sunt et praeter Imperatorem nostrum varii Europae principes, quos personis ecclesiasticis possimus annumerare. Sic GALLIAE REGI varii competunt canonicatus, inter quos primo loco afferam canonicatum B. MARTINI apud TURONENSES, cuius origo a comitibus vel ducibus Andinis, quibus successere reges Galliae, repetenda videtur. <sup>a)</sup> Ingelgero Consuli vel comiti Andegauensi, cum adfuisset vna cum episcopis translationi corporis B. Martini, ipsi heredibusque ejus praebendam in perpetuum possidendam fuisse assignatam, ipsumque Thesaurarium, Aedituumque ecclesiae declaratum esse <sup>b)</sup>, deinceps Fulconem III. Andium Comitem anno 960. in eadem ecclesia non raro adfuisse horis canonicis in veste ipsa canonicorum <sup>c)</sup>, sequenti tempore Ludovicum VII. et Odonem Burgundiae ducem cum successoribus suis B. Martini canonicis aggregatos esse legimus <sup>d)</sup>. Praeter ecclesiam B. Martini Turonensem rex Galliae dicitur Abbas seu primus Canonicorum in ecclesia

<sup>a)</sup> THOMASSINVS *de veteris et nouae ecclesiae disciplina, part. I. lib. III. cap. LXIV. §. 4.*

<sup>b)</sup> *Bibl. Clun. Not. p. 43. et THO-*

*MASSINVS l. c. §. 2.*

<sup>c)</sup> THOMASSINVS *l. c. §. 2.*

<sup>d)</sup> Vide diplomata a THOMAS-

SINO *l. c. allata.*

C



ecclesia S. HILARII PICTAVIENSI <sup>e)</sup>, ANIANA apud AVRELIANENSES, S. QUINTINI VEROMANDVI, B. MARIAE CLERICENSI, et aliis compluribus <sup>f)</sup>, quas ingredientibus olim regibus Galliae vestis canonici offerebatur ab vniuerso canonicorum collegio, ibique sedem in choro habebant, officia diuina peragebant, et fructuum praebendae erant participes. Sic etiam REX HISPANIAE mistam personam inter temporalem et spiritualemente traditur, cum sit CANONIGO DE BVRGOS <sup>g)</sup>. Omnibus vero his dignitatibus regum ecclesiasticis, quarum mentionem fecimus, memorabilius videtur illud, quod dicunt, officium legati nati, REGIS SICILIAE dignitati adhaerens, cuius virtute omnia iura, quae alias in terris fidei catholicae addictis dominatio pontificis sibi arripuit, regi competent <sup>h)</sup>. Vi huius rex archiepiscopos, episcopos, et quoscunque clericos dignitatibus ornat et priuat, eosque non minus, ac laicos, excommunicat et absoluit, de rebus ecclesiasticis

<sup>e)</sup> BECMANNI *Hist. Geogr. c. 6. Sect. 1. §. 2. n. 6.*

<sup>f)</sup> THOMASSINVS *l. c. conf. LIMNAEVM ad art. XXX. Capit. Caroli V. voce: Empfahen n. 17. et auctores, quos allegat Linnaeus.*

<sup>g)</sup> HOWEL *de praecedentia regni sect. de rege Hispaniae in fin. pag. 125 et BECMANNVS in not. dign. illustr. diff. V. cap. 2. n. 6.*

<sup>h)</sup> Quae iura regis Siciliae exponit I. P. de IVDENWIG in scripto *de monarchia Siciliae*, inserto *den Gelehrten Anzeigen tom 1. n. 204. pag. 873. sqq.* sub titulo: *Unerkannete Wahrheit von dem weltlichen Kirchenrecht des Königs von Sicilien §. 7.* et I. H. BOEHMER, in *Instit. Iur. Can. lib. 1. tit. 30. §. 3.*

clestiasicis cognoscit, bona ecclesiastica, ita vt secularia,  
 administrat, eaque tributis pro lubitu onerat et liberat, a  
 legibus ecclesiasticis dispensat, conciliis praesidet, legatum-  
 que pontificis non, nisi volens, et nulla potestate instru-  
 ctum, recipit, adeo, vt Pontifici ne umbra quidem pote-  
 statis in Sicilia supersit, et clericis Siculis ne concilio quidem  
 oecumenico a pontifice conuocato interesse liceat, nisi rex  
 in hunc finem requisitus ipsis hanc concesserit facultatem.  
 Exercentur haec iura per tribunal nulli appellationi obno-  
 xium, quod MONARCHIAM SICILIAE vocant. In litem  
 petitoriis, quas idem tribunal nomine regis accipit, regi  
 tribuitur titulus: *beatissimo padre* <sup>1)</sup>, vel *santissimo padre*,  
 quem etiam feminis regnantibus datum asserit VASSO-  
 RIVS <sup>2)</sup>, his vtens verbis: *Ieanne la Folle, mere de Charles  
 Quint, et plusieurs autres Princesses agent regné par elles mè-  
 mes en Sicile, chacune des Dames y a été le santissimo padre.  
 Ce titre leur a été donné et à leurs magistrats; elles ont pu en  
 cette qualité présider aux conciles prouinciaux et nationaux,  
 ou nommer des gens, pour y présider en leurs noms.* Videntur  
 plerisque haec iura regis Siciliae originem suam debere  
 bullae pontificis VREANI II. qua anno 1097. ROGERI-  
 VM Comitem Siciliae legatum a latere in Sicilia et Cala-

C 2

bria

1) Conf. *Reisen in verschiedene Böhmen 1778. 25. Brief.*  
*Länder von Europa in den Jahren* k) Mich. LE VASSOR *Histoire*  
*74-76. aus dem Franz. Leipz. bey de Louis XIII. tom. I. pag. 93. et 94.*



bria constituerit, ipsique omnem circa sacra potestatem concesserit; cuius tamen authenticitatem multi vna cum tota monarchia Siciliae, cuius auctoritas ex ipsorum opinione huic bullae innititur, labefactare, multi affirmare sunt conati. Inter aduersarios monarchiae Siciliae princeps est BARONIVS <sup>l)</sup>, quem tamen COLONNA, aliique satis refutarunt. Recentiori tempore maximo hanc potestatem regis Siciliae odio profecutus est pontifex CLEMENS XI. qui post tredecim annorum lites cum regibus, regumque vices in Sicilia tenentibus, tandem consistorio Cardinalium significauit, *se decreuisse deploratae et reprobatae diu abominationis radicem apostolica tandem securi praecidere, et Babyloniam turrin funditus euertere, abolendo scilicet, supprimendo atque extinguendo monarchiam Siculam <sup>m)</sup>*. In quem finem bullam abolitionis <sup>n)</sup>, qua vterius huius monarchiae

l) BARONIVS *Annal. tom. XI. ad ann. 1097.* Controuersiam inter Baronium et regem Hispaniae Philippum III. pluribus verbis referunt DE LVDEWIG *script. cit. in Gel. Anz. tom. I. n. 204. §. 8.* et auctores, quos excitat.

m) Oratio Clementis XI. habita d. 20. Febr. 1715. extat in eius *orat. Consistorial. Orat. LXI. pag. 190.*

n) Bulla extat in *bullario Clementis XI. pag. 410.* et literae, quibus

cum in Siciliam missa est, *pag. 418.* Contenta huius bullae etiam videre licet apud I. P. DE LVDEWIG *script. cit. §. 12.* Maxime risum mouet figura bullae abolitionis praemissa, quam etiam DE LVDEWIG inseruit *den Gelehrten Anzeigen tom. I. pag. 874.* acri incisam. Scilicet ad preces S. Petri duas clauas manu sinistra tenentis monarchia Siciliae simul cum diabolo praecipit in terram proicitur, et diabolus relinquens foc-



archiae exercitium sub horrendo anathemate prohibetur, d. x. Calend. Mart. 1714. Romae promulgavit, eamque valuis aedium sacrarum affigi, et e suggestibus recitari iussit. Quae etiam d. XX. Febr. 1715. clam in Siciliam missa est, adiunctis literis a Pontifice et omnibus cardinalibus subscriptis, quibus archiepiscopi, episcopi et quilibet praelati regi obsequium in rebus ecclesiasticis denegare, seque ac sua solius pontificis potestati subiicere iuebantur. Sed hac bulla non obstante reges Siciliae potestatem ecclesiasticam eodem modo quo antea, exercuerunt, et adhuc exercere pergunt, nec inde a Clemente XI. quisquam pontificum contradicere est ausus. Neque vero utile videtur, disputare, utrum bulla Urbani II. sit authentica, nec ne. Quodsi enim monarchia Siciliae legationi Apostolicae Rogerio per hanc bullam concessae originem suam debeat, sequeretur, eos potestatem ecclesiasticam non ut reges Siciliae, sed ut legatos a latere pontificis, non suo, sed pontificis nomine exercere. Vnde opinionem IO. PETRI DE LVDEWIG<sup>o</sup>) veritati magis consentaneam existimo, qui de auctoritate bullae Urbani II. dubitat, et potestatem absolutam in rebus ecclesiasticis regibus Siciliae non a pontificibus tributam, sed eandem, qua Siciliae principes inde ab

C 3

anti-

torem horrendum propellitur, cum  
lemmate ex *lor. L. 31. Cadet super-*  
*bus et corrues.*

o) DE LVDEWIG *Script. cit.*  
*§. 15. sqq. et in singularibus iuris*  
*publici cap. 2.*



antiquissimis temporibus erant gauisi, per transactionem Rogerii cum pontifici Anacleto anno 1130. cum latinae ecclesiae se, regnumque Siciliae addiceret, relictam esse contendit.

### VII.

*Principum, praesertim in territoriis euangelicis, potestas ecclesiastica.*

Eadem potestas in rebus ecclesiasticis a principibus territoriorum euangelicorum exercetur, ipsis in Germania per pacis Westphalicae dispositionem non data, sed postliminio restituta, a) eamque a quolibet principe, tanquam capite ecclesiae, summo iure et salua conscientia posse exerceri, nemo, nisi qui partium pontificis sit studiosus, dubitabit, cum pontifici, tanquam episcopo Romano, eadem tantum iura, quae cuilibet alii episcopo, competant, ipseque potestatem ecclesiasticam in aliorum dominorum territorii coeca aevi superstitione adiutus iniuste usurpaverit b). Vnde omnes fere laudes superant conatus Augustissimi Imperatoris Iosephi II. qui omnibus impedimentis maior

a) BERGERVS decis. CCCCXIII. DE LVDEWIG in Opus. Miscell. tom. II. lib. III. Opusc. IV. de iure amatarum, praesertim principum euangelicorum nor. m. pag. 961. sqq.

b) Quod optime deduxit EIBEL in scriptis nuper Viennae in lucem editis: Was ist der Pabst? et Was ist ein Bischof?

maior eandem sibi iterum vindicat, et magnae Rufforum Imperatricis, quae iurisdictionem in ecclesias fidei catholicae addictas pontifici Romano subtractam archiepiscopo Mohileuicensi nuper demandauit. Neque vero SCHMAVSSII, <sup>c)</sup> qui principes potestatem ecclesiasticam iure episcopali exercere contendit, opinioni a PERTSCHIO satis refutatae assentior, sed potius summam potestatem cum in sacris, tum in profanis, unam eandemque esse, et principi, qua principi, iure maiestatico competere existimo, cum episcopus sit subditus domino territorii, et nulla potestate, nisi quam princeps ipsi demandauerit, instructus. Nemo melius BERGERO <sup>e)</sup> haec principum iura explicuisse mihi videtur, cuius verba optime res iam proiatas illustrantia coronidis loco liceat adscribere. Ita enim disserit: *Non opus est, vt cum non nemine <sup>f)</sup> respectum aliquem episcopalem in principe fingamus, cum eiusmodi fectio exemplo grauis sit. Namque episcopus est minister principis, atque adeo absurdum, respectum ministri in domino statuere velle. Neque huc trahamus respe-*

c) SCHMAVSSIVS in *Compend. iuris publici lib. II. cap. XIV. §. 3. et lib. III. cap. III. §. 1.* VS in locis supra allegatis, WIESENHAVER in *Kirchen-Staats-recht*, pag. 61. et I. H. BOEHMER

d) PERTSCHIVS in annot. ad *Schmauffsum* pag. 517, et 609. et in *Elem. iur. Can. §. 61. et 86.* de iure episcopali principum euangelicorum, quae diss. inserta est iuri ecclesiastico lib. I. tit. 31. pag. 721. sqq.

e) BERGERVS decisi. 473 Cum Bergero consentiunt PERTSCHII- f) Sic SCHMAVSSIO I, e.



respectum Papalem, 2) propterea, quod princeps sine abominando scelere non potest dici Papa, quia usurpator est, et iura principum vitiose contrectavit. Verum principem penes est omnis potestas cum circa profana, tum circa sacra. Ex quo consequitur, frustra recurri ad eiusmodi fictitias larvas, quae principem magis obscurant ac offendunt, quam condecorant. Principibus nostris euangelicis non tam data est potestas circa sacra summa instrumento pacis Monasterio - Osnabrugensis, quam postliminio restituta.

2) Quem principibus tribuit DE LVDEWIG in Opusc. Misc. tom. II. libr. III. opusc. IV. not. m.



ULB Halle  
005 361 494

3







23

1782, 12

DE  
CHARACTERE ECCLESIASTICO  
PRINCIPVM

DISSERTATIO

QVAM

ILLVSTRIS I: CTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE

HONORIBVS

CAPESSENDIS

D. XX. IVNII MDCCCLXXXII

PVBLICE DEFENDET

ERNESTVS FLORENS FRIDERICVS

CHLADENIVS

VITEMBERGENSIS

A. M. ET I. V. B.

LIPSIAE

EX OFFICINA IACOBAEERORVM.



P. 359

